



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Litteræ Societatis. Iesv Dvorvm Annorvm M.D.XC. & M.D. XCI. Patribvs
Fratribvs Qve Sicietatis Iesv, gratia & pax Christi Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68715)

L I T T E R A E
S O C I E T A T I S . I E S U
D V O R V M A N N O R V M
M . D . X C . & M . D . X C I .

P A T R I B V S F R A T R I B V S Q V E
Societatis IESV, gratia & pax Christi Domini.



N T E Q V A M ad rem ip-
sam aggredior, Patres, fra-
tresque summa observatiã
colendi, tacitã occurã in-
terrogationi multorum ex-
ponenda breuiter causa di-
lationis, & ratione scriptio-
nis meã. Admouerãm dudum his litteris ma-
num: verũ vix executus Prouincias tres Nea-
politana[m] Sicilia[m] Mediolanensẽ, atrocita-
te morbi, de medicorum consilio mittor Nea-
polim: eãque expertus salutarem reuertor
ad scholasticas curas: nec quĩui repetere ince-
ptum, nisi cum illis intermittẽtibus, & expe-
ditis alijs quibusdã negotijs, fui liberior Maio
mense superiore. tum verõ, sarcienda iacturã,
cõiunxi, vt olim, res duorum annorum: et pro-
peravi vt absoluerem Nouẽbri: dein, dum de-
scribuntur, recognoscuntur a Patribus, mati-
dantur typis, effluxit Ianuarius. Hãc causa di-
lationis. Nunc, quã afferam de ratione scri-
bendi, magnopere vellem ita candidẽ perueni-
rent ad aures vestras, vt a meo pectore profi-
ciscuntur. Nam si quisquam est, qui studeat

✠ 2 nẽminẽ

neminem vestrum lædere, in his ego profiteor
nomen meum. ergo, æquum me omnibus præ-
bui, ijs reddendis fideliter, quæcumque acce-
pisssem. Quod si qua interim omiſſa, valentior
manus accessit. Breuitatem ſecutum eſſe me,
dum fugio longitudinem ac ſatietatem, non
nego: eſſi neutram effugi, obuia tot rerum ſimi-
litudine, & prouocante materia: cum e vigin-
ti duabus Prouincijs, quod haud ſcio an vni-
quam antea acciderit, deſiderata ſit nulla. Vti-
nam in tumultuario opere adhibita fuiſſet dili-
gentia, tranquilliore animo eſſem. Nunc illud
tantum ſuper eſt ſolatium, fides: quam ſic præ-
ſtiti, cū veſtra manu ducor per vniuerſam So-
cietatē, narraturus ex ore veſtro quæ audiui,
vt cum in ſingulis domicilijs conſtituiſſem me
tamquam vnū e ſodalibus, vniuſcuiuſque ani-
mum ſpectarem ex meo, et quod vellem mihi
fieri, facerē alteri. Ceterum, aſperſi in loco ſen-
tentiarum cōdimenta, more hiftoriæ, magis vt
alleuentur feſſi animi eadem audiendo, & eo-
dem modo ſæpius dicta, quam ut oratio aſſur-
gat. quamquam vereor vt ſatis apte: & fortaf-
ſe in lente vnguentum. Sed quicquid ſit, cum
hæc ſemel tātum audiantur, idque ſuper men-
ſam, quandoquidē improbum erat ſperare, vt
re ipſa omnibus ſatisfacerem, faciendum pu-
taui, vt ſaltem quam vitæ reprehentionem,
quemadmodum quidem volui, nemini veſtrum
eſſet ignotum. Habetis rationem ſcriptionis.
Nūc ſingulas Prouinciās ſuo ordine collocabo.